(85v)

et Gaiane nutrice sua. et triginta quin-
que aliis virginibus fugientibus de partibus
Rome in Armeniam eo quod Dioclecia-
nus eam in uxorem accipere volebat
Et de pugna et martiribus que ipsa cum
nutrice et aliis a Teridato sustinuit
eo quod sua contempsit connubia. Et
de fletu regis de morte beate Ripsime
de eo quod rex et sui sunt arrepti
a demonibus. Quartus liber est de
visione Chus et Aroduice sororis
Teridatii. et de sancto Gregorio ex-
tracto de puteo. Et de prima virtute
sancti Gregorii in rege et suis factura
de collatione reliquiarum virginum
Quintus liber est de predicatione
et visione et interpretatione visionis
sancti Gregorii. Et de constructione
ecclesiarum. et de locellis ligneis
86r ~~[illegible]~~ et sanitate regis et | suorum
et de destructione templorum et
ydolorum. Et de electione sancti
Gregorii Et de principibus et aliis
qui cum illo ad consecrationem
! iverunt. Sextus liber est de epistola